



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Arnoldi Corvini à Belderen J. U. D. Jus Canonicum, Per Aphorismos Strictim Explicatum**

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Amstelodami, 1663**

Regulæ Juris Canonici in ordinem alphabeticum digestæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10591**

REGULÆ  
JURIS CANONICI

in ordinem alphabeticum  
digestæ.

A.

<b>A</b> ccessorium naturam sequi congruit principalis.	42
<b>A</b> ctus legitimi, conditionem non recipiunt, neque diem.	50
<b>A</b> ceptio personarum in judiciis non habenda.	12
<b>A</b> d agendum qui admittitur, ad excipiendum multo magis admittendus.	71
<b>A</b> ctori non licet, quod reo licitum non existit.	32
<b>I</b> n <i>alternativis</i> debitoris est electio; & sufficit alterum adimpleri.	70
<b>A</b> pprobari debet ab omnibus, quod omnes tangit.	29

B.

<b>B</b> eneficium Ecclesiasticum non potest licite sine institutione Canonica obtineri.	1
<b>B</b> eneficium à Principe concessum decet esse mansurum.	16
<b>B</b> eneficium à jure indultum, non est alicui auferendum.	17
<b>B</b> ona fides non patitur, ut semel exactum, iterum exigatur.	83
<b>B</b> onam fidem non præsumitur habere, qui contra jura mercatur.	82

C.

<b>C</b> ontractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur.	85
<b>C</b> ertus qui est, eum ulterius certiorare non est necesse.	31
<b>C</b> ommodum qui sentit, onus sentire debet, & contra.	55
<b>C</b> onditio quominus impleatur cum non fiat per eum ad quem pertinet, haberi debet perinde ac si impleta fuisset.	66
<b>S</b> ine <i>Culpa</i> non est, qui rei, quæ ad se non pertinet, se immiscet.	19
<b>S</b> ine <i>Culpa</i> , nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.	23
<b>C</b> oncessa aliquando præter necessitatem, in argumentum trahi nequeunt.	78

Con-



JURIS CANONICI.

<i>Concessione in generali non veniunt ea; quæ quis non esset verisimiliter concessurus in specie.</i>	81
<i>Conceditur quod alicui gratiosè, trahi non debet aliis in exemplum.</i>	74
<i>Ex Consilio non fraudulento nullus obligatur.</i>	62
<i>Consilium mutare quis non potest in alterius detrimentum.</i>	l, 33
<i>Consentire videtur, qui tacet.</i>	43
<i>Consentienti &amp; scienti non fit injuria, nec dolus.</i>	27
<i>Committere in legem, certum est eum, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem.</i>	88
<i>Quod conceditur in alicujus gratiam, non est in ejus dispendium retorquendum.</i>	61
<i>Contineri in toto partem non est dubium.</i>	80
<i>Continet in se semper plus quod est minus.</i>	35

D.

<b>D</b> <i>Amnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.</i>	86
<i>Delictum personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.</i>	
<i>In delicto vel causa pari potior est conditio possidentis.</i>	65
<i>Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem.</i>	59
<i>Dolo non facit, quod quis mandato Judicis facit; cum habeat parere necesse.</i>	24
<i>Dolus &amp; injuria scienti &amp; consentienti non fit.</i>	27
<i>Dolo qui desit possidere, pro possessore habetur.</i>	36
<i>Dicatum semel Deo, non est ad usus humanos ulterius transferendum.</i>	51
<i>Defensionibus pluribus nemo uti prohibetur.</i>	20

E.

<b>Q</b> <i>Uæ exorbitant à Jure communi, nequaquam ad consequentias sunt trahenda.</i>	28
<i>Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adversarii confiteri.</i>	63
<i>Excipere; vide Agere.</i>	

F.

<b>F</b> <i>Acit quod quis mandato Judicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.</i>	24
<i>vide Dolus.</i>	



R E G U L Æ

- Quæ fiunt à Judice (si ad ejus non spectant officium) viribus non subsistunt.* 26
- Qui facit per alium, est perinde, ac si faceret per seipsum.* 27
- Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.* 73
- Quæ fiunt contra jus, debent utique pro infectis haberi.* 65
- Frustra sibi fidem quis postulat ab eo fervari, cui fidem à se præstitam fervare recusat.* 75
- Fidem in malis promissis non expedit observari.* 69
- Fructum ex eo non debet quis consequi, quod nisus fuit impugnare.* 38
- Non fatetur qui tacet, sed utique nec negare videtur.* 44
- G.
- G**eneri per speciem derogatur. 34
- H.
- H**onore qui substituitur, rationi congruit, ut succedat in onere. 77
- I.
- I**gnorantia facti, non juris, excusat. 13
- Ignorantia causam justam censetur habere, qui in jus alterius succedit.* 14
- Infamibus portæ non patent dignitatum.* 87
- Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.* 41
- Iure quod ab initio non constitit, tractu temporis non confirmatur.* 18
- In Jus qui alterius succedit, illo jure quo ille uti debet.* 46
- Impedimentum non præstat, quod de jure non fortitur effectum.* 52
- Iure potior est, qui tempore est prior.* 54
- Contra Jus quæ fiunt, debent utique pro infectis haberi.* 64
- Juris nemo potest plus in alium transferre, quam sibi competere dignoscatur.* 79
- Juramentum, contra bonos mores præstitum, non est obligatorium.* 58
- In-



JURIS CANONICI.

*Interpretatio* facienda est contra eum, qui legem dicere potuit apertius. 57

*Interpretatio* benignior in pœnis est facienda. 49

L.

**Q**uod non licet alicui suo nomine, nec alieno licebit, 67

Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus. 53

*Locupletari* non debet aliquis, cum alterius injuria, vel jactura. 48

M.

**I**n mora non est, qui exceptione legitima se tueri potest. 60

*Mora* cuilibet est nociva. 25

*Malus* semel, præsumitur semper malus esse. 80

N.

O.

**O**bligari ad impossibile nemo potest. 6

*Odia* restringi & favores convenit ampliari. 15

*Odio* alterius non debet quis prægravari. 22

In *Obscuris* minimum est sequendum. 30

In *Obscuris* inspicimus quod est verifimilius, vel plerumque fieri consuevit. 45

P.

**P**rohibetur cum quid, prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo. 39

*Potest* quis per alium, quod potest facere per seipsum. 68

Cum *Prohibetur* alicui una via, ad id alia via non debet admitti. 84

*Possessor malæ fidei* ullo tempore non præscribit. 2

Sine *Possessione* præscriptio non procedit. 3

*Præsumitur* Ignorantia, ubi scientia non probatur. 47

*Peccatum* non remittitur, ubi non restituitur ablatum. 4

*Peccati* venia non datur, nisi correctæ. 5

*Puniendus* non est aliquis sine culpa, nisi subsit causa. 23

*Privilegium personale* personam sequitur, & extinguitur cum persona. 7

*Placuit* quod semel, amplius displicere non potest. 21

*Pluralis locutio* duorum numero est contenta. 40

R. Ra-



REGULÆ

R.

**R**atum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. 9

**R**atihabitionem retro trahi & mandato comparari non est dubium. 10

**R**eo favendum potius est, quam actori, cum partium jura sunt obscura. 11

**I**n *Re communi* potior est causa prohibentis. 16

S.

**S**cienti & consentienti non fit injuria neque dolus. 27

T.

**Q**ui *Tacet* consentire videtur. 43

**Q**ui *Tacet* non fatetur; sed utique nec negare videtur. 44

V.

**V**tile non debet vitari per inutile. 37

*Finis Regularum Iuris Canonici Sexto  
Decretalium.*

